Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 254

[S.l.], [9. Jh.]

Pseudo-Methodius (trans. Petrus Monachus), Revelationes

urn:nbn:de:bsz:31-1487

Visual Library

& non fecerunt. Ego autem & sic quod
bonum est non facio. In nostris autem diebus iste
presbyter pater domini seleucianus in sinuo,
Sed potens est deus orantibus vobis adtribuat
liberos et audisse, quod dicimus & nobis con
cedat vobiscum implere posse, quod
predicamus, prestante domino nostro Ihesu Christo
cui est honor & gloria in secula seculorum amen.

INCIPIT DICTA SANCTI METHODII. PYSTHARENSIS EPISCOPUS DE REGNA REGUM ET DE NOVISSIMIS TEMPORIBUS CERTA DEMON STRATIO.

Igitur adam & eva egressi virgines
de paradiso anno XXX expulsionis
sue genuerunt cain primogenitum
& sororem eius calmanam, Anno c
tricesimo & centesimo vite adae
occidit cain fratrem suum abel

In anno autem trigesimo primi miliarii
quod est primum saeculum natus est
Seth vir gigans in similitudine adae.
Anno nongentesimo trigesimo mortuus est
adam et separati sunt filii eius. Et dis
iuncti sunt filii seth a filiis cain
et abstulit seth suam cognationem sursum
in quondam montem proximo paradiso sed
in prestitit resurrectio quia in ipsum
resuscitavit deus genus humanum.
Inde sunt appellati filii dei. habitabit
autem cain et eius cognatio in campo
in quo et abel fratrem suum interfecit.
Apposuit autem malignus diabolus
bellum fornicationis ad iungendum filios
seth ut concupiscerent filias cain
et acciperent eas sibi in uxores et in eis
suis filios genuerunt. Isti fuerunt
gigantes potentes a saeculo. propter

quod iracius est dns dr contra eos. In uenit
autem noe solum iustum & praecepit fieri
arcam in qua saluatus est noe & filii eius.
Misit autem dns diluuium in terram per centesima
die diuidit omnem animam quae in terra.
Centesimo suis autem noe de arca post diluuium
genuit filium & uocauit nomen eius
Ionithum. post sem cham & iafeth
dedit noe Ionitum filium suum terram eonan
in qua solis ortus est. Dedit autem ei
sapientiam & fuit astrologus magnus
de hoc menbroth. petiit consilium ad edificandum turrem babil. Sem autem
filius noe genuit arfaxat. genuit sala
inde sunt samaritae. Sala genuit eber.
inde sunt dicti ebrei. Eber genuit falegau
falegau autem genuit sarug in quo ad
regnum scitharum. Sarug genuit
nachor assyriorum regnum in quo ad nachor

egyptiorum regnum in quo ad nos regenerati
est id est regnum assyriorum in quo erat et
sicimorum id est et genuit abraham;
Abraham habebat uxorem sororem
nomine sara quae non concipiebat,
qui accepit concubinam nomine agar
aegyptiam et genuit filium et uocauit
nomen eius hismahel. de quo sunt his
mahelitae qui corrupte lingua dicuntur
saraceni habitantes in deserto gens crudelis
et luculida, Ascendunt autem in nouissimis diebus ad desertum et subicient
omnis terras usque ad magnam romam
et dominabuntur terram. et non
est qui eos possit uincere sub caelo,
Ebdomadae VII. usque quo dominus deus deuincat
illos; post haec autem surgere
habet rex romanorum de roma.
Audi nunc carissime quomodo haec quattuor
regna conuenerunt sibi. id est

ethiopis enim et macedonis. et romani
seu greci. hec sunt quattuor uenti
commouentes mare magnum ;
philippus igitur pater alexandri
macedo fuit. et accepit uxorem chus.
et filiam regis ethiopis nomine phol de
qua natus est alexander grecorum tyrannus
et regnabit annis XLVIII. Occidit
autem darium regem medorum et do
minatus est omnem terram. discendit
autem alexander usque ad mare qui uo
catur regio solis ubi conspexit gentes
inmundas et aspectu orribilis sunt.
sunt autem ex filiis iafeth nepotes
quorum inmunditias uidens ualde
exorruit ; Commedebant enim omnes can
tesum speciem hominem quoinquinabilem
uel spurgiscibilem. id est canis mores
serpentes morticinorum. carnes abortiuas
informabilia corpora inualida necdum

p lineamenta quo aequolati sunt uel
ex aliqua parte membrorum producat
conpagoque formam signorum possit ad
prscere uultu uel figuram dispo
mere. Nec non etiam et omnium specie
iumentorum et ferarum inmundarum.
Mortuos autem nequaquam sepeliunt
sed saepe commedunt eos. Haec uidens
alexander timuit ne quando insuperent
terram et contaminarent eam.
Deprecatus est autem dominum. Et praecipiens dominus
deus congregauit eos omnes mulieres uel
filios et filias eorum. Et eduxit eos de terra
orientalis. et conclusit eos in montes
donec introirent in finibus aquilonis.
Et non est introitus nec exitus ab oriente
usque in occidente quisquis possit ad eos
introire uel exire. autem ascendisse.
Deprecatus est autem alexander dominum quid
de his faceret. Et exaudiuit eum dominus

et precepit dicens - duobus montibus quibus est
uocabulum ubera aquilonis et adduxit
et approximauerunt inuicem usque duodecim
cubitorum - et construxit portas aereas
et superinduxit eas assincitum - et si uo
luerint eas aperire non possunt neque
dissoluere pignam sed stacim ignis
omnes extinguuntur, Neque ferrum inci
datur neque ignem dissoluatur uel
quocumque libet aliam astuciam;
In nouissimo autem tempore exient gentes
illas in terra israhel - sicut dixit ezechihel propheta.
In nouissimo die consummationis seculi exiet gog
et magog in terra israhel quisunt
gentes et reges quos reclusit alexander
in finibus aquilonis, gog - et magog.
et anog - et ageg. et athenal. et zenedefar.
et pontinei. et libi - et euni. et pharizeath.
et declimi. et zarmade. et chebblei.
et zarmasciani. et gachonii. et amazarde.

et agrimardi. et anisareti quidicuntur
cinocefalli. et tarbei. et alanis.
et phisolonici. et arsenei. et asaltarii.
hii uiginti duo reges consistunt inclusi.
quos inclusit alexander. obtinuit
igitur chusethsen filiae ethiopis
quam accepit rex bizas de bizantia.
quam accepit romillus qui et armaleus
rex romae. et dilexit eam ualde et dedit
in dotem romam. habuit autem ex
bizanthiam filios. III. primogenitum
quod est secundum appellationem
patris. armaleum. secundum urbanum.
tertium claudium. armaleus obtinuit
romam. urbanum bibam.
claudium alexandriam. obtinuit
autem phol regis ethiopum ethio
piae. macedonum. et romanorum.
unde erit regnum romanorum qui subi
ciat filios hismahel et uincit eos.

et defundiat regnum xpianorum
et subiugauit iugo pessimo sicut
fecimus; Unde et propheta regis dauid
dicens, Ethyopia preueniet manus
eius deo, Non est regnum sub caelo qui
possit superare regnum xpianorum
in illis diebus; Unde et in medio terrae
crux sancta in latitudo et longitudo uel
profundum quia non est sub caelo qui possit
superare umquam uirtutem sanctae crucis
quia haec est in uinculis terrae;
Post quam autem descendit maledicta sarra
cinorum in septimo tempore sicut dixit
danihel propheta; Contere diluuit regem
xpianorum in unum circum uniuersorum
temporum; In septimo ipso tempore
hoc est in septimo miliario quando finis
appropinquat, tunc faciunt uniuersa
mala in auro et bene terrae sunt

lata ua non inuenietur regnum sc̄orum,
neq; sacrificium neq; holocaustum
Et occidit omnes xp̄ianos nec erit
quis sepelliat eos, Et pss̄anabitur
ut uel quis xp̄ianus permaneat,
quia in ecclesiis ibi fornicantur et
faciunt uniuersa blasphemia
in xp̄o, Et resuscitauit dn̄s reliquias
sicut fecit in diebus achaab regis
isrl: Et surget regnum romanorum
et percutiet eos et uxores et filios eorum
Erit autem post hec pax et regnum eorum
et erunt nubentes et nuptui tra-
dentes. sicut locutus est dn̄s,
Sicut fuit in diebus noe usque quod
uenit ante xp̄s. Et surgent gentes
ille pessime qui erunt inclusi
gog et magog. Et ceteri qui
superius sunt .... scripta

et faciunt uniuersa mala uastantes
terram. Post haec discendit rex
romanorum in hierusalem ebdomata
temporum et dimidia conplentaque
hoc est annos x. et dimidium tradit regnum
romanorum et grecorum. Et tunc ueniet
filius perditionis hoc est antichristus.
Nascitur autem de tribu dan. de muliere
adultera. nascitur autem in chorozain
nutritur in bethsaida. et regnabit
in capharnaum. Et letabitur choro
zain quia in ea natus est. bethsaida
quia in ea nutritus est. capharnaum
quia in ea regnaturus est. Propter hanc
causam dominus in euangelio tertiam sententiam
dedit dicens. Vae tibi chorozain
et uae tibi bethsaida. et tu capharnaum
usque in celum exaltaueris. et usque in in
fernum discendis. Et tunc apparuit

filius perditionis. ascendit rex romanorum
sursum in golgotha in quo confixum
est lignum sanctae crucis. et tollit
rex romanorum coronam de capite
suo et ponet eam super crucem et ex
pandit manum suam in celum
et tradet regnum christianorum
deo et patri. et adsumitur crux sancta
in celum simul cum corona regis.
Et cum venerit dominus postea iudicare
seculum signum autem apparebit
crux ante eum sicut dixit apostolus
ad arguendum perfidiam iudeorum.
Et tunc praeveniet manus eius
ethiopia deo chus et filia phol regis
unde erat rex romanorum.
Cum quo elevata crux sancta in celum
sursum. tradidit et anima rex
romanorum spiritum suum

tunc destruetur omnium principatum
& potestatum ut appareat filius
perditionis. tunc implebitur prophetia
iob. de aspide dan quia inde erit
filius perditionis quae dicit dan serpens
in uia & cerastes in semita mordens
calcanea equi ut cadat ascensor
retrorsum. Equus igitur ueritas
& pietas est iustorum. calcaneus
uero nouissima dies quia uiri sancti in cal
caneum mordentur. uidilicet nouis
sima die in fantasmatis & inmundalibus
signisque facit antichristus. Caeci suspi
ciunt claudi ambulant surdi
audiunt. Conuertetur sol in tenebris
& luna in sanguine. In istis diebus
filius perditionis in hierusalem & sedit
in templo dei sicut deus fuit homo car
nalis & perfidus & iudeis traditor domini

de tribu dan fuit, In illis diebus mittet
dominus famulos suos Enoch et Heliam
ad arguendum inimicum ut eo detegant
eius seductionem et conspiciant et osten
dant eum mendacem coram omnibus
hominibus, Videntes eum omnes gentes sic
nunc eum effugiunt a bello persecutionis predic
ationem iustorum seorsum adherebunt iusti;
Videntes autem seipsum diabolum contemptum
et inrespectum ab his sanctis interficit illos
in monte gleadu ubi dominus eorum crucifixus est
hoc est in celi sancte locum, Erit autem
regnum antichristi tempus et tempora
et dimidium tempus, id est annos et dimidium,
In his diebus pluviae non erunt super terram
nec nubes non discurrunt, Et erit famis
magna in terra, flumina siccabunt
pisces interibunt et omnes pre fame valida
moriuntur, nec est qui sepeliat eos;

Et abit foetor ex putredo sup faciem terre
Et tunc apparebit signum filii hominis
in celo crux sca. Et tunc ueniet xps & inter
ficiet filius pditionis spu oris sui & iudica
bit seculum p ignem. Et conburatur
omnem seculum subito in ictu oculi. hoc est
finis seculi & iudicius di. Beati qui parati
sunt in illa hora quando hoc fiunt.
Et qui scorum assignabunt cum xpo in scla sclorum amen.

asc birc chen thorn eh · feh · gibu · hagale · his gile · lagu · man · not
a ᚨ b ᛒ c ᚳ d ᛞ e ᛖ f ᚠ g ᚷ h ᚻ i ᛁ k ᛣ l ᛚ m ᛞ n ᚾ
othil · perechon reha sugil · tac hur helach huerst ziur
o ᛟ p ᛈ q ᛩ r ᚱ s ᛋ t ᛏ u ᚢ x ᛉ y ᚣ z ᛯ